quantur regulam · Neq; ab ea temere
declinetur a quoquam · Nullus in mo
nasterio proprii sequatur cordis uolun
tatem · Neq; praesumat quisquam · cum
abbate suo proterue · Infra aut foris mo
nasterium contendere · Quod si praesump
serit · regulari disciplinę subiaceat ·
Ipse tamen abbas cum timore dei · & obser
uatione regulę · omnia faciat · sciens se
proculdubio · de omnibus iudiciis suis ae
quissimo iudici deo rationem redditurum ·
Si qua uero minora agenda sunt In monas
rii utilitatibus · seniorum tantum utatur
consilio · Sicut scriptum est · Omnia fac cum
consilio · & post factum non penitebe
ris · QUE SUNT INSTRUMEN
TA BONORUM OPERUM ·
IN PRIMIS DOMINUM DEUM DILIGERE EX
toto corde · tota anima tota uirtute ·
Deinde proximum tamquam se ipsum

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 394, p. 39 – Calendar, List of the Abbots of the Monastery of St. Gall, Regula S. Benedicti, Rituals (http://www.e-codices.ch/it/csg/0394/39)